FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

# PhILIPPI || MELANCHTHONIS || Grammaticae Graecae || EPITOME || AD PVERILEM INSTITVTIO=||nem et captuḿ accommodata.|| Adiecta sunt verba anomala,|| de ...

Melanchthon, Philipp

Wittenberg, 1600

VD16 ZV 22808

DE SYNTAXI GRAECA, IN QVA EA postissimum indicantur, quae á regulis latini sermonis variant.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149459

Visual Library

χρώννυμι Coloro, fut. χρώσω præt. paſſ. κέχρωσμαι.

χώννυμι obſtruo, fut. χώσω, ἀόρ. α. ἔχωσα.

χρὴ oportet imperf. ἔχρην vel χρῆν fut. χρήσει, infi. χρῆναι oportere.

Ω.

ὤθω impello, fut. ὤσω vel ὠθήσω, præt. ὦκα, ἀόρ. α. ἔωσα impuli.

ὠνέομαι ὠνοῦμαι emo, Imperf. ἐωνούμην, fut. ὠνήσομαι emam, præt. ὤνημαι Attice ἐώνημαι.

# DE SYNTAXI GRÆCA, IN QVA EA potiſsimum indicantur, quæ à regulis latini ſermonis variant.

Magna pars conſtructionis Græcæ cum Latina Syntaxi congruit, πᾶς ἄνθρωπος, ὁ υἱός τοῦ ἀνθρώπου, filius hominis ἀγαπητὸς τῷ θεῷ carus Deo, ἐχθρὸς σοὶ inimicus tibi. Sic & verborum conſtructio in pluribus cum Latinis conuenit: vt ὁ Χριστὸς ἐστὶ σωτήρ. Chriſtus eſt ſaluator, ὁ Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, Chriſtus venit in mun-

in mundum. δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ὑψωθῆναι oportet filium hominis exaltari, ἕπομαί σοι ſequor te. De his, quorum conſtructio à Latinis nihil variat, non eſt neceſſe regulas tradere. Ergo ea ſolum in Græca Syntaxi annotare oportet, quæ à Latina diſcrepant & ſingularis obſeruationis ſunt.

## DE NOMINATIVO.

### Regula I.

Attica enallage eſt, cum adiectiuum Maſculinum pro Fœminino ponitur, ζωὴ αἰώνιος, Vita æterna, pro αἰωνία. δύναμις ἀΐδιος, potentia æterna, pro ἀϊδία Rom. 1.

### II.

Sæpe infinitiuus cum articulo pro nominatiuo vſurpatur, τὸ πειθαρχεῖν μέγιστον ἀγαθὸν, obedire magiſtratui maximum bonum eſt, pro ἡ πειθαρχία obedientia, vel ſine articulo, vt κάλλιστον ῥῆμα μὴ μνησικακεῖν. non meminiſſe iniuriarum eſt pulcerrimum verbum. Aeſch. pro, obliuio eſt verbum pulcerrimum.

## III.

Neutrum adiectiuum cum articulo non raro pro ſubſtantiuo habetur: τὸ εὐσεβές σου pium tuum, pro ἡ εὐσέβειά σου pietas tua, τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ εἰς μετάνοιάν σε ἄγει, benignitas Dei ad reſipiſcentiam te ducit, Rom. 2. ἐπιζητεῖν τὰ ἀκριβὲς καθ᾽ ἕκαστον γένος inquirere ſubtile, id eſt, ſubtilitatem in vnoquoque genere, id eſt, τὴν ἀκρίβειαν: Sic neutrum etiam iungitur Fœminino aut Maſculino, vt χρηστότης ἡδὺ bonitas dulce, id eſt, res dulcis, ἡ ἀναίδεια αἴσχιστον impudentia turpiſsimum, id eſt, res turpiſsima. Maior quoque vis eſt in neutris, vt σοφία οὐκ ἐστὶ σοφόν. Sapientia non eſt ſapiens, id eſt, nimium ſapere.

## IIII.

Hypallage frequens eſt, quando ſubſtantiuum pro adiectiuo ponitur: ἦτε ποτὲ σκότος, eratis aliquando tenebræ pro ἐσκοτισμένοι, id eſt, obtenebrati. νῦν δὲ ἐστὲ φῶς. Nunc vero eſtis lux, id eſt illuminati, πεφωτισμένοι. βλέπετε κατατομήν Philip. 3. videte vel cauete conciſionem, id eſt, Iudæos conciſos, Rom. 2. Paulus vocat gen-

tes

tes, ἀκροβυστίαν præputium, id eſt, incircumciſas. Iudæos vero περιτομὴν circumciſionem, id eſt, circumciſos.

V.

Vſitatum eſt ſubſtantiuum adiectiuo iunctum mutare in genitiuum pluralem, vt πολλοὶ τῶν φίλων, multi amicorum pro πολλοὶ φίλοι multi amici, οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνδρῶν, boni virorum pro οἱ ἀγαθοὶ ἄνδρες boni viri. Idq; in pronominibus etiam ſeruatur, vt πατὴρ ἡμῶν, pater noſtri, pro πατὴρ ἡμέτερος pater noſter.

## DE GENITIVO.

Regula I.

Genitiuum adſciſcunt Comparatiua & Superlatiua, δικαιότερος τοῦ φαρισαίου ὁ τελώνης publicanus iuſtior Phariſæo. Plutarchus: οὐδὲν ἐστὶν αἴσχιον βλασφημίας παλινδρομούσης, nihil eſt turpius maledicentia, quæ in autorem recurrit. σοφώτατος πάντων ſapientiſsimus omnium.

II.

Ellipticæ elocutiones ſunt: διόφαντος ὁ θεμιστοκλέους, Diophantus Temiſtoclis ſcilicet filius.

Attica item ellipſis Comparatiui in his: κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος ἢ ἐκεῖνος. Luc. 18. deſcendit hic iuſtificatus, quam ille. omittitur enim μᾶλλον potius. βούλομ' ἐγὼ λαὸν σόον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι. Volo ego populum ſaluum eſſe, quam perire. omittitur μᾶλλον potius.

Circumloquimur interdum Genitiuum per præpoſitionem, vt ὑπὲρ ἄλλους λογιώτερος eloquentior ſupra alios, id eſt, alijs pro λογιώτερος ἄλλων· οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς οἱ υἱοὺς τοῦ φωτὸς filij ſeculi huius prudentiores ſunt, ſupra filios lucis, id eſt, quam filij lucis.

Idem fit in ſuperlatiui conſtructione, ὁ ἀριστείδης ἐν ἀθηναίοις ἄριστος, Ariſtides in Athenienſibus optimus, pro ἀθηναίων.

III.

Genitiuum etiam poſtulant adiectiua notitiam, copiam aut inopiam ſignificantia. ἔμπειρος τῶν γραμμάτων peritus literarum, ἄπειρος τῆς σοφίας expers pecunia, κενὸς τοῦ χρήματος vacuus ſapientiæ, μεστὸς φθόνου plenus inuidia.

IV.

Enal-

Enallage eſt in his: ἑβραΐζουσα, id eſt hebraicum quiddam redolens: υἱοὶ τῆς ἀπειθείας, filij inobedientiæ, id eſt, inobedientes ſiue contumaces, Epheſ. σῶμα ταπεινώσεως corpus humilitatis, pro ταπεινωθὲν humiliatum ſeu humile Phil. 3.

## DE DATIVO.

### Regula I.

Per Datiuum plurima efferunt Græci, quæ per ablatiuum Latini. καλὸν ἐν ταῖς δυστυχίαις λάμπει Ariſtoteles 1. Ethic. honeſtas in aduerſitatibus lucet, ἐν παντὶ πράξει οὐδέν ἐστι κάκιον ὁμιλίας κακῆς. In omni negocio nullum eſt maius malum ſocietate praua, φίλος τῇ ψυχῇ καὶ προαιρέσει amicus animo & ſtudio, τῇ φύσει καὶ θέσει φιλόσοφος natura & propoſito Philoſophus, συμπαθὴς τοῖς φίλοις eiuſdem ſenſus cum amicis.

### II.

Quamuis nonnulla etiam per genitiuũ efferuntur, quæ Latini per ablatiuum enunciant, χαρίζομαι γαστρὶ παντοίων ἀγαθῶν gratificor ventri varijs bonis. Quædam etiam præpoſitionem recipiunt: vt σκληρὸς πρὸς τὸν ὁμόφυλον, durus erga popularem.

III.

Eleganter interdum geminatur datiuus, vt τί τῷ νόμῳ καὶ τῇ ζητήσει; quid legi et quæſtioni? id eſt, quid rei eſt legi cum quæſtione? ἐμοὶ καὶ σοὶ οὐδὲν ἐστὶ πρᾶγμα, mihi & tibi nullum eſt negocium, id eſt, mihi nihil eſt negocij tecum, τί ἐμοὶ καὶ σοί; quid mihi eſt tecum? id ex, quid ad te iſtud pertinet? Iohan. 2.

## DE ACCVSATIVO.

### Regula I.

Græca eſt omnino conſtructio, cum adiectiuo accuſatiuus adijcitur pro ablatiuo latino, quamuis id Latini poetæ imitati ſint. vt κάλλιστος τὴν ὄψιν pulcerrimus aſpectum, pro quo Latine dicimus, aſpectu, νεὺς τὴν ἡλικίαν iuuenis ætate, νεαρὸς τὸ ἦθος rudis moribus, σπουδαῖος τὸν τρόπον, honeſtus moribus, ἐρφορδιεύς τὴν πατρίδα, Erphordenſis patria, οὐδεὶς ἀνθρώπων ἅπαντα σοφός, nemo hominum omnia, id eſt, per omnia ſapiens. Exponitur enim per κατὰ ſecundum vel iuxta.

II.

In perſonæ deſcriptione promiſcue vtimur, genitiuo, datiuo & accuſatiuo, ἄνθρωπος μεγάλης ἐξουσίας, homo magnæ autoritatis θεμιστοκλῆς μέγας τῆς φύσεως δυνάμει, Temiſtocles magnus naturæ bonitate, vel θαυμαστὸς τῆς φύσεως ἰσχὺν admirando naturæ robore præditus, δριμὺς τῇ συνέσει, acutus intelligentia. Additur in quibuſdam præpoſitio: ὀξὺς πρὸς αἴσθησιν acer ſenſu, ὀξὺς ἐπὶ πάντα vehemens ad omnia.

## DE VOCATIVO.

Vſitata enallage eſt nomitaui in Vocatiuum, vt νεφεληγερέτα ζεὺς, Iupiter congregans nubes, pro νεφεληγερέτης, & contra vocatiui in nominatiuum, vt ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι, Deus ſis propitius mihi, pro ὦ θεὲ, τὰ τέκνα ὑπακούετε, liberi auſcultate, Epheſ. 6. pro ὦ τέκνα, οἱ πατέρες μὴ, &c. Vos patres ne, pro ὦ πατέρες, δημοφόρος βασιλεὺς ô rex vorator populi pro δημοφόρε Iliad. α. ἡ παῖς ἐγείρου puella ſurge, Luc. 8. pro ὦ παῖ.

# DE VERBO

## NOMINATIVVS

### Regula I.

Neutris pluralibus datur appoſitum ſingulare, id eſt, verbum ſingulare reſpõdet neutris pluralibus, vt τὰ πάντα ἐστὶν ἀβέβαια τῶν ἀνθρώπων, omnia hominum eſt infirma, pro εἰσὶν ſunt, ἀλλ' ἤτοι μὲν ταῦτα θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. ὀδυσ. α. Sed certe quidem hæc ſitum eſt in gentib. deorum, pro κεῖνται ſita ſunt, id eſt, in propitia Dei voluntate.

II.

Syntheſis eſt in his: ἡ γυνὴ σωθήσεται διὰ τῆς τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει 1. ad Tim. 2. Mulier ſaluabitur per liberorum generationem, ſi manſerint in fide. Mulier enim hoc loco ſignificat ſexum muliebrem, ideoq; verbum plurale illi reſpondet, ſcilicet μείνωσιν manſerint. Eſtq; ſenſus, mulier, id eſt, ſexus hic ſaluabitur pariendo liberos. Alij vocant enallagen numeri.

III.

Crebra eſt ἔλλειψις verbi ſubſtantiui: πάντα βαιὰ βίου, omnia breuia vitæ, ſcilicet ſunt.

IV

Verba τυγχάνω & ὑπάρχω Sum vel exiſto eleganter cum verbo ſubſtantiuo εἰμὶ

in participio coniunguntur, vt τυγχάνει ὢν μεγαλόψυχος, Eſt magnanimus, ὑπάρχει ὢν πάντων ἀπιςότατος, Eſt omnium infidelißimus, Item cum alijs verbis, vt τυγχάνει βαδίζων eſt vadens, id eſt, vadit. Huius generis ſunt ἦν ἐκβάλλων erat eijciens, id eſt, eijciebat, ἦν διδάσκων erat docens, id eſt, docebat, τοῦτο τυγχάνω γινώσκων, id ſum ſentiens, id eſt, id ſentio.

## GENITIVVS.

### Regula I.

Plurima verba ſignificantia deſiderium, notitiam, ſenſum, copiam aut inopiam, accuſationem, æſtimationem, aut venditionē genitiuos adſciſcunt: ἔραμαι τῆς ἡδονῆς cupio vel deſidero voluptatem, ἐράω τοῦ καλοῦ amo honeſtatem, ἐπιθυμῶ τῆς παιδείας expeto diſciplinam, πλήθω ἀγαθῶν Luc. 1. impleo bonis, μέμνημαι τοῦ ἐλέους memini miſericordiæ, ἐπιλανθάνω τῆς ἀδικίας obliuiſcor iniuriæ, καταφρονῶ vel ἀμελῶ ἐπιγείων deſpicio vel contemno terrena, ἔτυχεν οὗ ἤρασα, conſecutus ſum, quod cupiui, κατηγορῶ σοῦ κλοπῆς accuſo te furti. Sed horum verborum tanta eſt varietas, vt vſu quā præceptionibus felicius diſcantur.

II.

Atticum eſt geniuum verbis accuſatiuum addere. Vnde vtrunque rectum eſt, ἀκούω ἄλλου καὶ ἄλλον, audio alium,

III.

ἔλλειψις eſt in his: ἐπαινῶ σὲ τῆς ἀρετῆς laudo te virtutis. Subintelligitur enim ἕνεκα, cauſſa virtutis.

Item in his temporis nominibus: νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου. Luc. 18. ieiuno bis ſabbati, pro διὰ σαββάτου per ſabbatum, vel in ſabbato, προσεύχεσθαι ἡμέρας καὶ νυκτὸς precari die & nocte, pro δι' ἡμέρας καὶ νυκτὸς per noctem & diem.

## DATIVVS.

I.

Per datiuum multa efferunt Græci, quæ per ablatiuum Latini: τῇ χάριτι ἐστὲ σεσωσμένοι. Epheſ. 2. Gratia eſtis ſeruati περιφέρεσθαι παντὶ ἀνέμῳ τῆς διδασκαλίας, Epheſ. 4. circumferri quouis vento doctrinæ, ἀνανεοῦσθαι τῷ πνεύματι, renouari ſpiritu. Epheſ. 4.

II.

Interdum plurima verba cum datiuis

conſtruuntur more Latinorum, vt πειθαρχεῖν τῷ θεῷ obœdire Deo, πείθεσθαι τοῖς νόμοις obtemperare legibus, &c.

III.

Nonnulla variè conſtruuntur, vt στέργειν τὰ παρόντα καὶ παροῦσι boni conſulere præſentia vel ſortem præſentem, ἐκδικῶ σοι vlciſcor tibi illatam iniuriam, ἐκδικῶ σε vlciſcor te, μέμφομαί σοι queror de te, μέμφομαί σε Accuſo te.

## ACCVSATIVVS.

I.

Elegantia Attica eſt in his, quæ per pleonaſmum enunciantur, vt χαίρειν χαρὰν μεγάλην, Matth. 2. gaudere gaudium magnum, πολεμίζειν πόλεμον bellare bellum, μάχεσθαι μάχην pugnare pugnam, τίκτειν τέκνα parere liberos, ἀγορεύειν ἀγορὰν concionem concionari, id eſt, habere, βουλεύειν βουλὴν, conſulere conſilium, id eſt, habere conſilium apud Homer. Ineſt etiam emphaſis plerunque.

II.

Φράσις eſt apud Paulum Phil. 2. ἁρπαγμὸν ἡγήσατο rapinam putauit, id eſt, rapu-

it. Non enim verbi, ſed nominis tantum vis exprimenda eſt. Sicut ποιεῖσθαι ἁρπαγὴν rapere apud Thuc. ποιεῖσθαι πλοῦν facere nauigationem, id eſt, nauigare.

III.

Neutris, item paſsiuis, & medijs accuſatiuus familiaris eſt, vt ἀλγέω τὴν κεφαλὴν doleo caput. ἐνδιδύσκεσθαι πορφύραν indui purpura, περιζωσάμενος τὴν ὀσφὺν circumcinctus lumbis, Epheſ. 6. ἐνδυσάμενος τὸν θώρακα indutus thorace.

IIII.

Temporis item ſpacium ſignificantes promiſcue accuſatiuo & genitiuo vtimur. ἕκαστος λαμβάνει δραχμὴν τοῦ μηνὸς quiſque accipit drachmam in menſem. ἐνόσησε πολὺν χρόνον, ægrotauit longum tempus, ἄνθρωπος τριάκοντα ὀκτὼ ἔτη ἔχων ἐν τῇ ἀσθενείᾳ Iohan. 5. homo triginta & octo annos detentus morbo, vel trigeſimum octauum annum agens in morbo. Interdũ etiam datiuo, vt ἓξ ὅλοις ἔτεσιν ἀπεδήμησε, ſex totis annis peregrinatus eſt, ἔτει τῆς χριστογονίας anno Christi nati.

Sæpè præpoſitio additur: ταύτῃ ἐφυλαξάμην

ξάμlω ἐκ νεότητός μου hæc obſeruaui à iuuentute mea, ἀνὰ ὅλον χρόνον per omne tempus, παρὰ πάντα τὸν χρόνον circa omne tempus. Cætera vel ad latinas regulas quadrant, vel ex autoribus & lexico peti poſſunt commodius.

V.

Locorum, item regionum, & vrbium nominibus præpoſitiones adduntur: vt ἐξῆλθεν ἐκ τῆς πόλεως exiuit ex vrbe, ἀπῆλθεν εἰς γαλιλαίαν abijt in Galilæam, πορεύομαι εἰς ἐρφορδίαν proficiſcor Erphordiam, εἰμὶ ἐν τῇ λιψίᾳ, ſum Lipſiæ, ἔρχομαι ἐκ λιψίας venio Lipſia, ἐγράφη ἐν ῥώμῃ ſcripta eſt Romæ, vel ἀπὸ κορινθίου, Corintho.

## DE PASSIVORVM CONſtructione.

### Regula I.

Paſsiuorum proprius caſus eſt genitiuus cum præpoſitionibus ὑπὸ πρὸς, παρά: ὁ κόσμος διοικεῖται ὑπὸ θεοῦ, mundus diſpēſatur à Deo, πρὸς πάντων φιλεῖται, amatur ab omnibus. Hic genitiuus interdū in datiuum more Latinorum mutatur, vt πέ-

πεπρακταί μοι πάντα facta mihi ſunt omnia pro à me, interdum omittitur præpoſitio: vt νικᾶσθαι τῶν ἐχθρῶν ταῖς κακοποιΐαις, vinci ab inimicis maleficijs, Iſocrates.

II.

Media verba actiuorum & paſsiuorum ſignificationem & conſtructionem interdum habent.

Significationis paſsiuæ exempla ſunt Gal. 5. ὄφελον καὶ ἀποκόψονται, vtinam etiam abſcindantur. 1. Corinth. 14. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; Quis apparabitur ad bellum? Heſiod. οὗ κεκορεσσάμενος, quo ſatiatus. Pro ἐκορεσσάμενος.

Exempla conſtructionis ὀνειδίζομαί σε probro te afficio; ὀνειδίζομαι ὑπὸ σοῦ probro afficior à te.

## DE INFINITIVO.

I.

Infinitiuus verbo iunctus exponitur per ſubiunctiuum latinum cum particulis, vt vel quod, vt οὐκ ἦλθον καταλῦσαι τὸν νόμον, ἀλλὰ πληρῶσαι, non veni ſoluere, id eſt, vt ſoluam legem, ſed implere, id eſt, vt impleam. ἔδωκεν ἐπίστασθαι dedit ſcire, id eſt.

vt

vt ſciant, λέγω χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς, dico Chriſtum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, id eſt, quod fuerit. ὑπισχνοῦμαι ποιῆσαι promitto me facturum. ἐλπίζω λήσειν ſpero me celaturum. Sic μέλλω λέγειν vel λέξειν dicam vel dicturus ſum.

II.

Enallage frequens eſt cum infinitiuus pro imperatiuo ponitur, μάχεσθαι pugnate pro μάχεσθε, μὴ ποιεῖσθαι ne fac vel noli facere.

III.

Infinitiui crebro vſurpantur pro gerundijs & ſupinis Latinorum, vt ἀγαθὸς λέγειν peritus dicendi, καιρὸς τοῦ λέγειν, tempus dicendi, λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν, ad garriendum maximè idoneus, ad dicendum minime accommodatus. ἐν τῷ κρίνεσθαι in iudicando, id eſt, quando tu iudicas, ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι λαοὺς, Pſalm. 120. in congregando populus, id eſt, quando cõgregantur populi, ἐπέβλεψε τοῦ ἀκοῦσαι aſpexit ad audiendum, βλέπει πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι aſpicit ad concupiſcendum, vel vt concupiſcat, αἰσχρὸν λέγειν, turpe dictu.

IV.

Sunt etiam verbalia in έον quæ aduerbia poſitionis vocat Vrbanus, quæ verborum ſuorum more conſtruuntur, τὸ κακὸν εὖ κείμενον οὐ κινητέον, malum bene poſitum non eſt mouendum. ἐχρηστέον τοῖς βελτίστοις vtendum eſt optimis, ἀκουστέον τῶν σοφωτέρων, ſapientiores ſunt audiendi.

## De Participio.

Participia frequentur pro infinitiuis vſurpantur: λέγεται ἐρῶν τῆς μουσικῆς dicitur amans Muſices, pro ἐρᾷν amare Muſicam. οὐ παύσομαι ἀγαπῶν σὲ non ceſſabo amans te, pro ἀγαπᾷν amare te. δῆλος ἐστὶν ἀχθόμενος manifeſtus eſt ægrè ferens pro ægrè ferre.

Item pro ſubiunctiuo, vt χαλεπήπερ οὖσα quanquam difficilis exiſtens, id eſt, quanquam ſit difficilis, ἀοιδὸς ὢν cantor cum ſit. πάντα μὲν ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, oportet hominem omnia expectare, hic ὢν abundare videtur, Xenoph. Cuiuſmodi eſt: ἐστὶ τίκτουσα, eſt pariens, pro parit. Periphraſis Attica eſt ἔχω φέρων, ἀντὶ τοῦ φέρω, παίζεις ἔχων pro παίζεις ludis.

Item

Item λανθάνουσι ἀγόμενοι pro ἄγοντες λανθάνοντες, agunt clam.

II.

Duo genitiui, alter participij, alter nominis conſequentiam deſignant, ἔτι λαλοῦντος αὐτοῦ adhuc loquente illo.

## DE ARTICVLO.

Articulus additus indicat ſubiectum, â quo ordimur conſtructionem: μέγιστον ἀγαθὸν ἐστὶν ἑκάστου ἡ οἰκεῖα ἀρετὴ propria virtus eſt maximum bonũ cuiusq; hominis. καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος.

II.

Quandoq; duo ſubſtantiua iunguntur abſq; articulo, vt παῦλος ἀπόστολος. In genitiuo autem caſu additur articulus poſteriori ſubſtantiuo, παύλου τοῦ ἀποστόλου.

Quandoq; additur vtrobiq; articulus: περὶ τοῦ υἱοῦ, τοῦ γεγεννημένου de filio nato. Roman. 1.

Interdum etiam additur poſteriori articulus declarationis cauſſa: πλάτων ὁ φιλόσοφος, σωσθένης ὁ ἀδελφὸς Soſthenes frater.

III.

Articulis præpoſitiuis multa elegantes efferuntur: τὰ τ͂ φίλων res amicorum, οἱ πρὸ ἡμῶν maiores noſtri. ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς cœleſtis. οἱ ἐν τοῖς μαθήμασι ſtudioſi literarum. τὰ περὶ ἐμὲ res meæ, ſeu ſtatus rerum mearum. οἱ ἐπὶ κρόνου qui erant tempore Saturni. οἱ ἀμφὶ τὸν Σωκράτην Socratici. οἱ ἀμφὶ τὸν λουθῆρα Lutherani. οἱ περὶ τὰ ἱερὰ ſacerdotes. οἱ τ᾽ ὀδυσσῆος ſocij Vlisſis. οἱ ἀπὸ πλάτωνος qui ſunt à Platone, id eſt, Platonici. ὁ πλησίον vel ὁ πέλας ſcilicet ἀνθρώπου prope hominem, id eſt, proximus.

IIII.

Sæpè articulis ſubſtantiuo poſtpoſitus, illud tanquam relatiuum repetit: μάνθανε τὰς τέχνας, τὰς χρησίμους ἐν βίῳ diſce artes, quæ ſunt vtiles in vita, vbi articulus repetitus vim interpretationis habet. Iſocrates: πείθου τοῖς νόμοις, τοῖς ἀπὸ τ͂ βασιλέων κειμένοις, obtempera legibus ijs, quæ latæ ſunt a regibus.

V.

Articulus generis neutri aliquando δεικτικῶς ponitur, vel ὁριστικῶς definitiue: vt τὸ οὐ μοιχεύσεις illud, non mœchaberis, ἐν τῷ,

ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, nempe, diliges proximum tuum, Rom. 13. εἰσῆλθε διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἂν εἴη μείζων αὐτῶν. Incidit diſceptatio inter eos, quis eſſet eorũ maximus, ubi τὸ ſignificat nimirum hæc, Lucæ 19. item τὸ μηδὲν ἄγαν, ἄγαν με τέρπει, Quod dicitur, ne quid nimis, me valde delectat. Item τεχνικῶς, ut, adijcitur τῷ μου id eſt, ſyllabæ μου.

6.

Articulis etiam partitionem efferimus mediantibus particulis μὲν & δὲ, ut: τῶν ἀρετῶν ἡ μὲν διανοητικὴ ἡ δ' ἠθικὴ, virtutum alia intellectualis, alia moralis eſt.

7.

Repetit etiam prior articulus, ὁ μὲν remotius, poſterior vero ὁ δὲ propinquius, quemadmodum hic & ille, apud Latinos, Iſocrat. ἡδέως μὲν ἔχε πρὸς ἅπαντας: χρῶ δὲ βελτίστοις. οὕτω γὰρ τοῖς μὲν οὐκ ἀπεχθὴς ἔσῃ, τοῖς δὲ φίλος γενήσῃ. Sic comis erga omnes, utere vero optimis. Sic enim illis quidem, ſcilicet omnibus, non eris inviſus, his vero, ſcilicet optimis, amicus fies.

8.

Atticum eſt, cum articulus pro pro-

nomine poſitus contra analogiam caſui antecedenti reſpondet: πνεύματος ἁγίου, οὗ ἐξέχεε, Spiritus ſancti, cuius effudit, pro ὃν quem. Tit. 3. ἐπίστευσαν τῷ λόγῳ, ᾧ εἶπον ἰησοῦς, crediderunt ſermoni, cui dixit Ieſus, pro ὃν quem.

9.

Interdum omittitur aliquid, quod antecedere debebat, ut ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες, ex quibus paſſus es, didiciſti pro ἐκ τούτων, ὧν ex his, quæ paſſus es. μηδὲν λέγε ὧν εἶδες, nihil dic quorum vidiſti, pro τούτων ὧν eorum, quæ vidiſti. περὶ ὧν φίλιππος πράττει, pro περὶ τούτων, ἃ φίλιππος πράττει. de his quæ Philippus egit. Demoſth. φιλ. 2. Frequens etiam uſus eſt præpoſitivi pro poſtpoſitivo, ut κούρην βρισῆος, τὴν μοὶ δόσαν υἷες ἀχαιῶν Filiam Briſei, quam mihi dederunt filij Græcorum, pro ἥν.

## De Adverbio.

1.

Multa adiectiva neutra pro adverbijs habentur: ἡδὺ γελᾶν, ſuaviter ridere, ὀξὺ νοεῖν, acute intelligere, ἄριστα διοικεῖν πόλιν, Optime diſpenſare civitatem. Sic τὴν ἀρχὴν ὅ, τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. primum ſive om nino is ſum,

is ſum, quod loquor vobiſcum, Ioh. 8. ὐδὲ λέγω ἀρχὴν ne omnino quidem dico.

2.

Genitivum adſciſcunt adverbia χωρὶς, ἄνευ, ἄτερ, δίχα, abſque, ἔναντι, ἐνώπιον coram, μεχρὶ, ἀχρὶ uſque, ἕνεκα, ἕκητι cauſa, ἐντὸς intus, ἔγγυθι prope, προπάροιθεν ante, πόῤῥω longe ἐκτὸς extra, μεταξὺ, inter, ut χωρὶς θεοῦ abſq; Deo, μεχρὶ τέλους uſque ad finem.

3.

πρὶν & ἕως varie conſtruuntur cum ſubiunctivo, ut: μηδένα φίλον ποιοῦ, πρὶν ἂν ἐξετάσῃς, neminem fac amicū priuſquam exploraveris.

ἕως ἂν ἀποδῷς uſque dum reddideris.

Cum Infinitivo, πρὶν ἀκοῦσαι priuſquam audiſſet, cum indicativo πρὶν ἀπέδωκε antequam reddidit. ἕως τὸ φῶς ἔχετε, dum lucem habetis. Ioh. 12. ἕως τῆς σήμερον uſque in hodiernum diem.

Notum eſt Græcis duas negationes uehementer negare. χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδὲν, Sine me nihil poteſtis facere, Ioh. 15. οὐδέποτ᾽ οὐδὲν οὐ μὴ γένηται τῶν δεόν-

τῶν nunquam quicquam fieri poteſt, quod decet, Demoſth. Philip. 1.

## Conjugatio.

Hic particularum quarundam uſus eſt annotandus.

1.

μὲν & δὲ mutuo ſibi reſpondent. Iſoc. βραδέως μὲν φίλος γίνου, γενόμενος δὲ πειρῶ διαμένειν tarde quidem amicus fias, factus vero da operam, ut maneas.

2.

ἵνα, ὅπως, ὄφρα, ut coniunctivos plerunque recipiunt, ζητῶ νῶε κιβωτὸν, ὅπως μόρον αἰνὸν ἀλύξω, Quæro Noæ arcam, ut mortem horribilem effugiam. Naſsianſenus in carmine εἰς ἐπισκόπους. προσεύχεσθε, ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμὸν, orate ne intretis in tentationem.

In aliquibus omittitur ἵνα, ut δέομαί σου μακροθύμως ἀκοῦσαί μου rogo te, ut patienter me audias.

ἐργάζεο ὄφρα σε λιμὸς ἐχθαίρῃ labora ut fames te odio habeat.

Admittunt etiam optativum, ut ὅπως ἂν δυνάσαιο ὑπομένειν, ut poſsis ſuſtinere.

3.

ὡς καὶ ὥστε ut, varie conſtruuntur, plurimum tamen cum infinitivo, γενναίας δεῖται ψυχῆς, ὥστε τῷ εὐδοκιμοῦντι μὴ μόνον φθονεῖν, ἀλλὰ καὶ συνήδεσθαι, Chryſoſt. generoſo opus eſt animo, ut homini florenti non modo non invideas, ſed cum eo læteris.

4.

Poſt οὕτως ſequitur ὡς vel ὥστε, ut οὐ χρυσὸς οὕτως ἀστράπτει, ὡς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὁμοφράδμων νόησις, non aurum ſic fulget, ut bonorum virorum conſenſio unanimis, Plat.

Iohan. 3. οὕτως ἠγάπησεν, ὥστε τὸν υἱὸν ἔδωκεν, Sic dilexit, ut filium dederit.

τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τὸ μέγεθος, ὥστε καὶ ἀπιστεῖσθαι, tot & tanta magnitudine, ut incredibilia vioeantur.

5.

Sæpe tamen ἵνα καὶ ὅπως, non αἰτιολογικῶς, id eſt, in ſignificatione cauſæ, ſed συμβατικῶς, id eſt, de eventu uſurpantur. Iohan. 9. ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, quo manifeſtentur opera Dei, hoc eſt, ex ſanatione cæci hoc evenit, ut glorificaretur Deus. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, ut iuſtificeris in ſermonibus tuis, id eſt, ex

peccato Davidis id evenit, ut iuſtificetur Deus. Pſal. 50. νόμος παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ, lex ſubintravit, ut abundaret condemnatio.

6.

ἂν optativis & ſubiunctivis adijcitur: οὐκ ἂν δύναιο, non poſſes. ἐὰν θεὸς θέλῃ, Si Deus velit, vel volente Deo, θεοῦ θέλοντος.

ἐὰν ᾖς φιλομαθὴς, ſi fueris diſcendi cupidus.

κἂν quamvis, κἂν τοὺς ἄλλους λάθῃς, etiamſi alios calaveris.

7.

Sunt etiam locutiones ἀναπόδοτοι ſive ἐλλειπτικαὶ imperfectæ, in quibus conſequens omittitur. Luc. 13. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν, εἰ δὲ μήγε, ſi quidem tulerit fructum, omittitur conſequens, ſcilicet conſervabitur. Sin minus &c. Thucyd. καὶ εἰ μὲν συμβῇ ἡ πεῖρα, ac ſi quidem ſucceſſerit conatus, deeſt benè erit, quod ſequi oportebat.

## De Præpoſitione.

De præpoſitionum conſtructione ſupra in Etymologia dictum eſt.

ΤΕ'ΛΟΣ.